

Ab his ad hunc honorem fuerunt quattuordecim admissi:

N 106.	Iacobus Seyfard Toronensis	Thomas Matthias Pilsanus	
	Ioannes Chilianus Francus	Bernardus Rascher Molbergensis	
	Ioannes Mencilus Lipsicus	Hieronymus Durler Dresdensis	10
	Thomas Faber Lipsicus	Wenceslaus Sturmius Dresdensis	
5	Ioannes a Minewitz Saxo	Hermannus Putticher Northusensis	
	Petrus Thomeus	Gangolfus Humelshain Lipsicus	
	Ambrosius Porstorfius	Ioannes Vicker Flosensis diac.	

Examinatores volentium fieri bacularii Aequinoctio verno:

März 21.

mgr. {  
 Henningus Pyrgallus  
 Ambrosius Lobwasser  
 Donatus Zolner  
 Leonhardus Wolf.

Hi decreverunt bacularios esse debere eos, quorum nomina subscripta sunt, numero tredecim:

	Simon Scheub Lipsicus	Ioannes Szösch Schweinfurtensis	
	Sebastianus Scheub Lipsicus	Georgius Negelin Lichtenbergensis	
	Nicolaus <i>Krell</i> Lipsicus	Chilianus Blanckenstein Hainensis	10
	Ioannes Leys Gorlitzensis	Thomas Hofman Forchemius	
5	Andreas Schwartz Ebrensis	Guilhelmus Hausman Delicianus	
	Ioannes Rivius Annacmontanus	Andreas Hofman, cui, ut pauperi, sigilli et exercitii impensae remissae fuerunt.	
	Christophorus Helmericus Sittavius		

Declaravit de his iudicium examinatorum et creavit bacularios omnes mgr. Henningus Pyrgallus praeter unum Ioannem Leys, qui paulo ante, cum oppidum exiisset, miserabiliter interemptus fuerat.

N 106'. Mgr. Ioannes Sinapius pro biennio explicare coepit Aristotelis elenchos mane hora sexta, mgr. Constantinus pro eodem Andriam Terentii, mgr. Henricus Cordes pro eodem primum librum Erasmi de copia.

Haec sex acta fuere meis in mensibus, at tu

Tempora da studiis, Christe, quietia piis!

Ioach. C[amerarius] P[abenbergensis].

1545 Sommersemester. 272. Decan Iohannes Regius von Stassfurt.

C 214. Decanatus magistri Ioannis Regii Stasfordensis de natione Saxonum. Anno<sup>1)</sup> millesimo quingentesimo quadragesimo quinto XIII. Calendas Maii electus fuit in Apr. 18. decanum studii optimarum disciplinarum atque liberalium artium academiae Lipsicae

<sup>1)</sup> Ueberschrift und Einleitung in N roth. Rothe Initialo D, darin ein Magister, links oben ein Vogel, rechts ein Fisch, links unten ein Scorpion, rechts ein Elephant. In C Ueberschrift roth.